lis. lix. et diebus ccix. quæ singulis. ccxl. compleantur,
singulis, ccxxxviij et diebus ccxv. fere, quæ sin:
gulis. 960. contingat singulis. 953. diebus fere xci.
Quare e qualibet coniunctionū maxima anni septem sub
trahendi sunt: et intellige si Saturnus ac Iupiter
in una Triangularitate duodecies coeant, ℭ Hec corre,

Nec Correctio hec rationi dissona est: est enim verius.
Hominis vita sufficiens ad corrigendam [illegible] hanc minimam
coniunctionem: fit enim singulis xx. annis, quos huma-
na vita excellit. Hac ratione obseruatio docuit sin-
gulas minimas coniunctiones, quae secundum medios mo-
tus supputatur fieri non in xx. annis praecise, sed
ut diximus in xix. et diebus. cccxiij. patet igitur
e qualibet minima semper minuendum esse dies. lij.
[illegible] et horas. iiij. Quia vero unaquaeque minimarum con-
iunctionum fit singulis. xx. annis incompletis, hac ra-
tione dixerunt singulas fieri in. xx. sequamur ergo error
hunc modum licet (ut diximus) correctio sit [illegible]
[illegible]). Praeterea errauit Albu: ex eo: quia asserit
Saturnum et Iouem in unaquaque triangularitate con-
iungi duodecies et interdum, tredecies. Hoc enim falsum
est: obseruatio enim Iuniorum docet in una Triangulari-
tate illos non posse nisi decies coniungi secundum eorum
medios motus. Qui enim obseruarunt minimas coniuncti-
ones ab anno domini ad annos. m. ccccxc usque in una-
quaque triangularitate inuenerunt decem tantum fa-
ctas esse: et quidem cum supradicta diminutione, Si-
gnum autem: quia si in una triangularitate. xij. factae
essent: ab Adam in diluuium anni fluxissent. 2927
Ut patet coniunctiones ipsas omnes supputanti: quae
si ab Adam usque ad eam, quae in Cancro facta
est, supputentur quae annis, 28[illegible]. diluuium 287
praecessit, numerus annorum excrescens erit anni 2921
At Albumasar huius opinionis fautor Valenti fautor
Valenus Ventenus, Ventem autoritate ab Adam in diluuium suppu-
tat annos. 2226. dumtaxat. Cum igitur Albu. sibi
Sibi ipsi non constat, ipsi non constet, fit, ut in coniunctionum numero
2225

numero erraverit. Hinc patet unamquamque mediam con:
iunctionem, quae fit in primo triangularitatis signo:
non in .ccxl. annis contingere, sed in .cc. diminuta
tamen semper aequatione (ut dictum est) decem
enim si in xx. ducantur, excrescens annorum nume:
rus erunt cc. Maxima vero: quae in Arietis capite
contingeret: non in [illegible] evenit. Sed in .800. Nam cc.
quater ducta: ut numerus Trigonorum exposcit: sunt
800. semper aequatione (ut dictum est) diminuta
Haec sunt, quae corrigenda erant. De ordine autem con: De ordine co iunctionum
iunctionum nulla inter eos est differentia. Nam cum
eorum coniunctio in aliquo Trigonorum caepit: semper
de .ix. signo in .ix. mutari reperitur: donec decies
coiverint: ita ut decima semper in eo signo collo:
cetur: in quo primo coirae caeperunt: verbi causa. Si
prima eorum coniunctio in Ariete ipso caeperit: secun:
da in Sagittario mutata reperietur. Tertia in Leone,
quarta in Ariete: in Sagittario. Quinta. Sexta in Leo
ne. Septima in Ariete. Octava in Sagittario. Nona in
Leone. Ultima in Ariete: hoc ergo pacto una finitur co:
iunctionum Triangularitas. Secunda vero coniunctio
num Triangularitas: non in .ix. ab Arietis signo inci
pit. sed in .x. ut in Capricorno: qui est .ix. a Tau: ix
ro et .x. ab Ariete. Mutabitur autem in .ix. a Capri
corno ut in Virginem: quae ratio docet coniunctionum
ordinem in eadem Triangularitate semper esse de
.ix. signo in .ix. principium autem alterius Triangularita:
tis semper esse in .x. signum ab eo, in quo fuit ultima
coniunctio prioris Triangularitatis: ut supputanti
omnes coniunctiones, quae fiunt secundum eorum medios
motus: patet. ¶ Quae vero de orbibus scribant trans: De Orbibus
sigamus: Orbis itaque habet ad coniunctionem, quae di:
luvium praecessit rationem: quam et profectio ad alicuius
geniturae ascendens: ut ergo in profectione: quam Ptolo:

Chronon peripaton græce profectio ac progressio interpretatur Latine

Ptolomeus Chronon: siue peripaton appellat[ur] est si-
gnum profectionis, et dominus signi profectionis, sic
in Orbe est signum profectionis et dominus Orbis: Di-
citur aut[em] signum profectionis, ad quod tempus profici-
scitur (verbi causa) sit ascendens Aries: secundi
anni signum est Taurus: proficiscitur enim tempus
ad Taurum: est enim Taurus eam habens secundo an-
no [illegible] rationem ad genituram: quam habebat
primo anno ad illam Aries: si quidem tanquam ascen-
dens in genitura, secundo anno habetur ¶ Utrum vero
ascendens genituræ primo anno dici possit signum
profectionis primi anni, pulchrum est disputare ¶
Verum Juniores Arbitrantur ascendens genituræ esse signum
[illegible] profectionis primi [anni]: signum quod
sequitur ascendens: esse secundi: et sic revoluunt:
succedens enim signum est signum profectionis secundi an-
ni: quatenus Horoscopationis vis secundo anno transit
ad ipsum: habet enim se ad genituram, ut Horoscopus.
Simili ratione in Orbe, nam signum coniunctionis: quæ
diluuium præcessit: ut pote Cancer: est signum primi
Orbis: leo aut[em] qui succedit: est secundi orbis signum: sicque
deinceps secundum signorum successionem usque ad finem
seculi: Præcessit aut[em] diluuium coniunctio hec: quæ fuit
in Cancro secundum Aomarum, quem omnes per Orbes
Astronomantes sectantur: annis. 279. secundum vero
Albumasarem quem postremi Mathematici comprobarunt: an-
nis. 287. Acceperunt aut[em] Orbium principium a Can-
cro coniunctionis signo, non ab ratione: per diluuium
enim quasi nouus mundus factus est: ut igitur verum
genitura: quam non diu curant: a luminum coniunctione
uel oppositione, quæ ipsam precedit: initium accipit: sic
coniunctione Saturni et Iovis facta in cancro,
quæ diluuium præcessit: ex quo mundus ipse quasi de
nouo fiebat, mundus principium ascivit: non enim aliter

[Left margin notes:]
Quaestio pro Iunioribus
Horoscopationis vis transit de signo in signum secundum ordinem successionem
Coniunctio quæ causat diluuium
Genituræ humanæ a coniunctione luminum uel oppositione præcedenti initium sumunt.

[Right margin notes:]
profectionis signum / dominus signi profectionis / orbis signum / dominus orbis signi
secundum signum
Aomare
per diluuium quasi nouus mundus factus est

Aliter coniunctio facta in cancro nomen mundi princi-
pium ac causa videtur, quod coniunctio, vel oppositio lu-
minum causa est geniturae. Hinc Orbem primum signum
collocarunt in Cancro, in quo dixerunt coniunctionem
factam esse quasi fontis mundi principium. Hactenus
de Orbis signo. De quantitate vero Orbis agamus.
est enim Orbis apud hos mutatio quaedam ut ita di-
xerim, unius signi in aliud: habet enim in succe-
denti Orbe signum sequens semper eam vim, quam
Cancer in primo, quippe cum sequens semper vim prae-
cedentis habeatur. Haec autem mutatio non anno sed
annis. 360. mensuratur: quo numero omnis circulus
maximus describitur: accomodando cuilibet gradum
annum. Qua ratione evenit: ut Orbis sit transitus
virtutis praecedentis signi in succedens. 360. annis
mensuratus. ¶ Huius rei causam assignant Iuniores: Pô Iunio
qui Albumasarem imitantur, ex eo: quia per obser-
vationem se invenisse tradant, hominis annum esse
horam. 360. Et cum vitam mundi tricentecuplam sexa-
gintecuplam ad illam hominis, esse audierint, Mundi
annum ad hominis annum. 360. esse supputarunt. ¶ De
domino vero Orbis non parva apud hosce digladia-
tio est. Nam qui Alcabitij verba superficie tenus conside-
rarunt, eum sive planetam, sive luminare, dominum
Orbis esse tradunt: qui signi dominus est. Et hac
ratione asseruerunt primi Orbis dominam Lunam esse,
quae in Cancro suum domicilium habet. Secundi vero Or-
bis solem, qui in leone iura domicilij possidet, sic quoque
in caeteris eadem ratione. Albumasar vero horum
Commentorum fautor, primum Orbis dominum Saturnum con-
stituit, quam opinionem sectantur, omnes qui nunc
Albumasaris praedictiones edunt. Post medium secun-
dum planetarum successionem Iovem esse asserunt
sive in signo succedenti in profectione iura vendicet

Margin notes:

Coniunctio Solis ac Lunae [illegible] geniturae est causa [illegible]

De Orbis quantitate.

Orbis quid sit

[illegible]

Lumen / Luminare

Albumasar horum commentorum fautor

[illegible]

Solum

vendicet, siue non: sed ea ratione solum quia Or-
dine planetarum succedit Saturno, pari aut ratione
Martem tertij orbis dominum, Quarti uero solem:
Quinti Venerem, Sexti mercurium. Septimi denique
orbis dominam lunam esse opinantur: quibus
completis Iura dominij ad Saturnum redeunt,
Sic circulo, unus post alterum, donec mundus esse
desinat, sed qua ratione primi orbis dominum
Saturnum efecerunt: non facile est definire
Quidam tamen nouorum commentorum fictores,
ante eam, quae in Cancro: coniunctionem fuit,
Septem e mundi ipsius ortu antecessisse orbes con-
tendunt, Primumquidem in sagittario signo: Et
illius orbis dominum saturnum, Secundum autem
in Capricorno: illiusque dominum Iouem. Tertium
in Aquario, dominum illius Martem: in Pisci-
bus Quartum: Et dominum solem. In Ariete Quintum,
Et dominam uenerem. Sextum in Tauro: Et domi-
num Mercurium. Septimum in Geminis, Et domi-
nam lunam, quibus expletis, coniunctio saturni
Et Iouis successit in Cancro ante diluuium se-
cundum Albumasaris supputationem annis. 287.
quae diluuium (ut dicunt) significauit, Et ab
hac rursus Alij orbes ceperunt signorum initio sum-
pto a Cancro: Et dominorum primo constituto
Saturno: quippe cum post Geminos, quod ultimum
prioris mundi erat Cancer succedat: Et post
lunam in ordine planetarum Saturnus Ob hanc
rem primi orbis noui mundi signum Cancrum
arbitrantur, Tum quia est signum eius coniun-
ctionis, quae nouum admodum mundum portende-

Septem ab ipsius mundi ortu orbes praecessisse ad tempus Coniunctionis in Cancro significantis diluuium

portendebat. Tum quia ordine signorum sequitur
Geminos: quod in priori mundo signum ultimum
erat. Quibus perspicuum est apud hoste ante
eam coniunctionem: quæ in Cancro facta est:
annis. 2160. priorem mundum cepisse: tanto
enim numero annorum sex orbes describi per:
spicuum est. Alij vero ratione admodum proba
biliori Saturnum esse primum primi orbis domi:
num faciendum esse asserunt: quoniam est pri:
mus inter planetas. Nam sicuti orbium succe:
ssio debet incipere eo a signo: in quo coniun:
ctio designatur, quæ novi admodum mundi ca:
usa fuit: ita etiam ab eo planeta, qui natura:
li ordine est omnium primus. Quare fit: ut — Nota ordine Saturnus inter planetas primus
quemadmodum signum primum novorum orbium est
Cancer, ita primus dominus Saturnus: Et
quoniam orbis circulus est: ideo per successi
onem signorum et planetarum, orbium domini et
signa sunt constituenda. Tunc regulam tradit:
qua poterit quispiam facile et dominum: et signum
Orbis facile sine tabellis colligere. Quæ est: — Regula
ut omnes annos a coniunctione ad annum
+IIIII3 Christi tuum congreges: et totum dividas per
360. verbi causa, a coniunctione ad dilu:
vium anni sunt. 287. a diluvio vero ad
Christum anni sunt. 3102 secundum Alfonsi
supputationes: a Christo vero ad annum pre:
sentem sunt 1510. ex omnibus agregatum
est 4899. divisis autem his per. ccclx. quo

quo numerus orbis saturnius describatur: numerus quoties: Cut utar verbis Indorum, erit
xiij. post vero divisionem anni qui remanent:
sunt: 219. qui anni sunt minus incompletus orbis: proiice itaque a tauro numerum hunc 14 incompleti per signorum successionem et in leone desinit: sicque leo erit orbis signum ¶ Praeterea eundem numerum per successionem planetarum proiice a saturno: et in luna usque perveniet. et ita luna erit orbis domina: eodemque modo: eadem regula fieri potest de alijs signis: et dominis usque in finem mundi: docent insuper invenire divisionem, sive directionem: et divisorem: quae cum sint frivola: et non communiter ab Albumasareis concessa: bona fronte praetermittenda esse censuimus. ¶ Solet aut dubitari utrum profectiones sectarum urbium: et geniturarum sint orbes: et ut dubitatio intelligatur. primo exponamus huiusmodi profectiones: accipiendo tales profectiones posse fieri aut e signo illo: in quo coniunctio fuit: quae sectam significavit: velut quia coniunctio: quae sectam Mahometis significavit: fuit in scorpio: profectio inde initium sumet: aut e signo, quod fuit eius anni ascendens. In quo coniunctio fuit. Cum si ab ascendente coniunctionis profectio accipitur: hac ratione facienda est: ut anni solares perfecti colligantur a principio eius anni: In quo coniunctio fuit, quae sectam [postea] dixit usque ad annum tuum: et totum collectum numerum per 12 dividas, quo numero omnia signa colliguntur: et numerum qui post divisionem minor remansit proiice ab ascendente anni coniunctionis: et signum: cui numerus applicatus est

Margin notes: 14 — invenire — Divisio / Directio — Dubitatio — Profectiones: Sectarum, Urbium, Geniturarum — Coniunctio quae Mahometi sectam praecessit atque significavit — tuum

aplicat est perfectionis signum: sin aut fiat profectio a coniunctionis signo, eadē ratione fiat: nisi q profectio numeri a coniunctionis signo facienda est (verbi gratia) sit anni Christi 1330. completi, diesq xxii. e quibus subtrahantur anni. 621. menses. xi. dies. xiii. quibus sectam Mahometis Christus praecessit: Et post subtractionem remaneat anni 780 perfecti, menses. xi. dies. xiii. et hi sunt anni: qui ab Arabum principio abierunt usq ad Christi tempus, quos si diviseris per xii. nullus post divisionem relinquatur annus perfectus, sed menses et dies: qui sunt anni imperfecti, fit ut anni profectionis Arabum ad Geminos redeat, vel scorpium. Dubitant itaq utrum huiusmodi profectio orbis dicenda sit; et prima facie videtur q sic: cum fiat successione signorum, quae est circulus: sunt qui has profectiones orbes vocant, non tamē magnos, qui revolutiones sunt verum mundi aliud, quarum nulla, indicus est. Alii aut hasce nullo pacto orbes esse affirmant. Primo quidem, quia orbis. 360. annis describitur: revolutionum aut harum unaqueq anno dumtaxat continetur. Insuper in orbe est signorum, et planetarum successio. In huiusmodi vero profectionibus, licet signorum, non tamen planetarum successio est: non enim dominium quisq annis profectionis successione planetarum acquirit: sed auctoritate: quam planeta ille dominatum assumat: qui in signo profectionis dominii iura sibi arrogat. Sed digladiatio haec in verbis dumtaxat esse videtur. Nam profectiones sive orbes sint: sive chronocrationes ... vocitentur: quibus et orbes: Et propterea ad rē nihil refert. Illud unum tamē apud Albumasareos exploratissimum est orbes esse profectiones mundi. Sed q delira sint huiusmodi commenta exponamus: et primo refelleris ea, quae de coniunctionibus fingunt: quia si Saturni et Iovis coniunctionis quae in Arietis capite fit, maxima sit habēda, quae vero in triangularitatis principio, media, ac minima quae in unoquoq triangularitatis signo, huiusmodi esse non possunt, nisi quia prima est in maiori tempore. Tertia aut in minimo, secunda demum in medio. Aut quia prima est in pollentissimo signo:

Marginalia (left): remanent; profectio; mundo ... / mundanas; a fundus fundabilis; Dominatus; Chronocrationes; Albumasareorum orbes profectiones mundi sunt

Marginalia (right): 780; Dubitatio.; prima resp; secunda res; orbis quot annis describatur; arrogat / vendicat / usurpat / ... ; Confutatio; pollentissimo; + praevalidissimo

pollentissimo signo: Et Tertia in minimo, et secunda in
mediocri signo. Aut quia Maxima fit in Ariete cum maiore
Stellarum testificatione. Minima vero cum minima: Et Mediocris
cum mediocri stellarum testificatione: non quidem propter temporum
differentiam: quippe cum tempus neque agens, neque patiens sit. Agens enim
quod vel tardius agit, vel serius ad locum suae actionis
venerit, nec maius, nec minus apud philosophantes ha:
bendum est. Nec quoque ob signorum differentiam. Ptolomeus enim
omnium Mathematicorum princeps in libro Apotelesmatum
docuit a signo coniunctionis solum genus subiectum, In quo
significationes suscipiuntur, colligere. Nam ut Porphirius
inquit: nullus graecorum Astronomorum e signo: in quo co:
stellificatio contingit: colligendum esse aliud iubent: nisi
subiectum genus, et regionem. In quibus euentus futu:
ri sunt. Sin autem vi testium, ac contestium Altera, altera
maior: vel minor est: fit ut nec vi signorum: nec vi tem:
porum sit Altera altera maior: aut minor; unde Ptolemaeus
Stellarum vires pollentiores ac maiores autumat: et
propter positivas, quas in mundo optinent: ut si in suis
ipsis collocentur similitudinibus, sive conditionibus: aut
in propriis iurisdictionibus: aut si Orientales: si celeres:
et propter loca, quae in Themate possident: ut si in cardi:
nibus: si in succedentibus. Quare si vi contestium sit Al:
tera maior altera: fieri poterit: ut media interdum ma:
xima, et minima aliquando maxima, Et minima contingat: quando
minima cum forti contestium vi, media cum imbecilli: ma:
xima cum omnino debili virtute contestium exoriatur: non
igitur ab ratione in Enunciato diximus non esse maximam
Saturni Et Iovis coniunctionem quae singulis 800 annis in Ari:
etis capite contingat, Nec mediocrem quae singulis 200. In
primo Triangularitatis signo accidat, Nec denique minimam
quae singulis XX. quae semper in Triangularitatis signo fiat.
Sed vi signi, temporumque omnes aequales sunt habendae. Qui:
ppe cum Ptolomeus constellificationis pollentiam, Et ma:
gnitudinem, non a signis, aut a temporibus, Sed a con:
testificationum viribus colligendam esse monet, E signis
enim euentuum genus aut regiones In quibus euentus futuri sunt.

A Signis euentuum genus, ac regiones, in quibus permanent effectus
colliguntur.

futuri sunt: colligere docet. A tempore autem morandi: vel eventuum initium assignat. Quo fit: ut annuum natalium praeses non sit assertum nisi ad mentem Ptolomei: qui inter mathematicos princeps est habendus. Commenta vero ea, quae Albumasar finxit de orbibus: et saturnii revolutionibus Ptolomaeicam Astronomiam non sapiunt, nec observationibus sunt consona. Quippe cum humana vita: nec omnis, nec plurium pro observatione eorum sufficiat. Praesertim cum effectus: qui per coniunctiones succedunt: ab aliis causis: et quidam propinquioribus perfici possint: ut in libris de Nostrarum calamitatum causis disputavimus: hac ratione eos praetermittamus.

ENUNCIATUM III.

Coniunctio Saturni Martisque, quae singulis triginta annis in Cancri capite succedit, ut signi atque coniunctionis non est aliis maior quibusvis in signis si contingerit.

Antiqui sapientes (ut Hali Rodoam iis commentariis scripsit) quos in Apotelesmatibus Ptolomei confecit. Saturni et Martis coniunctionem: quae in quavis Cancri parte contingit: magnam esse: et ponderosam valde arbitrati sunt. Argumento videlicet: quod Cancer sit Lunae domicilium: Iovis vero exaltatio: cum enim duae maleficae stellae in eo signo coniunxerint, Iovis et Lunae beneficentiam omnem corrumpent, convertentque ad malum. Accedit ad haec: quoniam Cancer est Martis casus: quippe cum Mars in Capricorno exaltetur: estque Saturni detrimentum: habet enim Saturnus in Capricorno domicilium, qui Cancro diametratur: iis de causis Veteres huiusmodi coniunctionem magnifecerunt. Sed (ut mihi videtur) haec commentitia sunt. Nam cum Taurus sit Veneris domus, Lunaeque exaltatio, quae beneficae stellae sunt, sitque Scorpio (in quo Mars domicilii rationem habet) diameter. In eoque Saturnus ipse deiectus: cum Aquario quadrangulus sit, in quo Saturnus iura domus retinet: fit: ut iis rationibus

[Marginal notes: Hali Rodoamus — Magna et ponderosa coniunctio Saturni ac Martis in qualibet parte Cancri — diametratur — S. scorpio]

eiusdem rationibus eiusdem Saturni Martisq coniunctio: quae in
Tauro contingit: magna ac ponderosa valde sit habē:
da: quippe cum Saturnus et Mars omem Venere et lu:
nae benefitentiam corrumpant, sintq in illo aut deiecti, Planetae de iecti aut offensi multum comprimuntur
aut offensi, simili pacto in piscibus Saturni Martisq
coniunctio ponderosa: et magna censenda est: quip:
pe cum piscium signum Veneris exaltatio: et Iovis domi:
cilium sit. Ad haec Ptolomeus magnus Apotelesmatum
Ptolomeus magnus Apotelesmatum magister magister nunq a signo constellationis magnitudi:
nem colligere docuit, sed genus euentuum: aut regiones.
Magnitudinem enim quam Ptolomeus plenitudinem no:
cat: e contestantium stellarum ui edocuit: recte ergo
in enunciato diximus: coniunctionem Saturni et Mar:
tis: quae singulis tricenis annis in Cancro succedit:
eius signi: atq coniunctionis no esse alijs maiorē, quia
bus ijs in signis si contingerit quippe cum in signi magnitudo paruitas mediocritas
euentuum genus: aut regio: in coniunctorum, affectiones deduci
entur

ENUNCIATUM IIII

A Conventu errantium stellarum omnium sex:
terangulum nullum assignandum est.

Ponamus coniunctioné omnium planetarum in Pi:
scibus, quae coniunctio, licet pluribus seculis
non fuerit: esse tamen potest, unde 1524
februario mense erit coniunctio omnium planetarum.
Et queritur, utrum e tali conuentu omnium: etiam si
partiliter in piscibus coniuncti sint: sit sexteran: inepta
gulus constituendus et dicendum iuxta Ptolomeum ape:
leues celeres stellae creta nequaquam, quippe cum leues: celeresq stellae a
planeta graui tardoq: no uniformiter disiungantur:
inaequalibus cursus quoq suos inaequalibus temporibus peragret.
Quare in huiusmodi conventu grauiores tanq coniun:
ctionis partes sunt habendi. Saturnus videlicet et

et Iupiter ita ut sit saturni et Iouis dumtaxat coniunctio constituenda. Cæteræ stellæ, quæ idem signum possidebunt: non (ut coniunctionis partes) sed ut contestes considerandæ sunt: Et quoniam in huiusmodi conuentu: qui 1524 in piscibus venturus est. Iupiter dominator est: cum in piscibus suum domicilium: et aliarum dignitatum habeat: ideo iuxta Iouis naturam (ut Ptolomeus inquit) enunciandum est: non igitur Christiani diluuium timeant eo anno, eoque mense. Immo potius de siccitate et ventorum afflatione est iudicandum propter Iouem, qui ventorum, et siccitatis auctor est. Recte itaque in enunciato diximus a conuentu errantium stellarum omnium sexdecangulum nullum esse asignandum: ita ut sexdecanguli caput sit omnium stellarum conuentus. Sed huiusmodi sexdecanguli caput a saturno et Ioue constituendum, qui in huiusmodi concursu maiores: grauiores: tardioresque sunt. Cæteræ vero stellæ: quæ idem signum posidebunt, tanquam contestes habendæ. Causa autem est, quoniam virtus maior: uniuersaliorque trahit semper secum minorem atque particulariorem: quibus etiam perspicuum e conuentu trium maiorum: minime sexdecangulum esse constituendum: eo videlicet argumento: quod non ex æquo a grauiori atque tardiori distinguantur

Dominator

afflatione

Iupiter ventorum et siccitatis author

** Virtus maior uniuersalior trahit secum particulariorem atque minorem

ENVNCIATVM V.

A Congressu alterius luminaris siue lunæ: siue solis: quamuis cum alia stella siue errantium: siue non errantium: siue una: siue pluribus nullum sexdecangulum faciendum est

Luminare cum luminari bifariam se habere potest, aut per configurationem, aut per abiunctionem: per configurationem quidem, quando alterum alteri fuerit corpore aut radio coniunctum. Coniunctum corpore dicitur: cum ambo idem signum: vel eandem signi partem possident: radio vero, quum fuerit alterum alteri aut

Luminare cum luminari dupliciter se habent

quinti

Sexdeangularis

aut de sexdeangulo: aut de sexangulo: aut de quadrangulo, aut de triangulo aut de diametro configuratus. per abiunctionem autem cum alter alteri nec corpore nec radio aliqua ratione fuerit configuratus: different aut lunaria coniuncta significationes non eo die, nec ea hora, qua coniunguntur, portendunt, sed pro tempore, quo leue ac uelox per angulos sexdeangulae figurae fertur: ut posterius declarabimus. Abiuncta uero presentaneas significationes habent pro signi natura, quod possident exempli causa, sit sol a luna ipsa omnino abiunctus: si in Ariete fuerit, humorem vernalem portendere incipit: in Tauro vernalem qualitatem auget: in Geminis mediam inter æstiuam et vernalem parit: in Cancro æstiuam mouere incipit: in leone æstiuam firmat: in Virgine mediam inter autumnalem: et estiuam minantur, simili ratione de autumnali et hiemali dicendum est. luna etiam si fuerit a sole omnino abiuncta, qualitates aerias concitat pro natura signi, per quod peragrat, ita ut sol per signa discurrendo quatuor anni tempora constituit: ita luna cum a sole abiungitur, quatuor mensis tempora parit. Deinde iterum repetendum est, pro sexdeanguli constitutione, duo per necessaria esse. primum Cut stellæ, quæ cum aliqua graui coniunguntur: non similiter disiunguntur, hac ratione superius diximus a conuentu omnium, aut plurium certantium: cum una graui sexdeangulum conficiendum esse nequaquam: propterea quia leniores a grauiori stella non æqualiter disiunguntur. Secundum Cut coniunctio quæ est sexdeanguli caput: non presentaneas, sed longinquas significationes emoliatur: Nam quæ per coniunctionem significabantur, per eam stellam in lucem edentur, quæ per angulos sexdeanguli proficisretur, quibus Enunciati ratio perspicua est. Nam in congressu

Et abiuncta in significando non hominacia coniuncta

Abiunctio in ... minorum

præsentanee significationes longinquæ

Luna a Sole abiuncta qualitates aereas concitat

Luna ab intellu... ... quatuor ... parit tempora

grauium

congressu luminaris cum aliis stellis: aut luminare
congrediens erit alteri luminari coniunctum, aut abiun-
ctum. et in congressu cum stellis alterum luminare cum
altero fuerit coniunctum, tunc in tali congressu lumina-
re cum luminari coniunctum sexdecangulum facit: non
autem cum stellis: quippe cum stelle illae contestes, non par-
tes in congressu habebuntur. sin autem in huiusmodi
congressu luminare cum luminari [illegible]
~~gulum facit: non autem cum stellis~~ nullam rationem
habet, ab huiusmodi congressu minime sexdecan
gulus emergit, quoniam luminare a luminari abiun-
ctum, non futuras, sed presentaneas (et quidem in
signi) significationes ominatur. Quare nec sit ab
huiusmodi congressu sexdecangulus constituendus.
His rationibus Ptolomeus enumerans libro centum sen-
tiatorum coniunctiones omnium planetarum, non lumina-
rium cum stellis: sed stellarum inter se enumeravit. Nam
luminare cum fuerit coniunctum stellis si ab altero lumi-
nari abiunctum fuerit: non vi coniunctionis, sed in signi
presentaneas significationes emolitur. Et propterea
Ptholomeus in proemio Apotelesmatum tradit saturnum
cum fuerit in leone cum sole facere estatem per id
tempus, quo simul coeunt frigidam. Martem vero fer-
ventem: Animadvertens non ad futuras, sed ad
presentaneas significationes, quas ominantur

Confisionalis / Contestes / partes / compartes

Planeta / Stella

Signum vis deter / minat lumina / rium abiunctorum / coniuncti stella / rum opus sit / et coniunctorum / cum altero lumi / narium presen / taneas magis / opera.

ENUNCIATUM VI.

A Coniunctione veneris atque Mercurii inuni-
tem nullus sexdecangulus proficiscitur.

Lires inferiorum stellarum bona ratione, imbecil
les sunt, quippe cum infer[illegible] stelle aut semper sub
radiis combuste, aut atritę sint: cum non longo inter-
vallo e sole ipso distent, quando Mercurius a sole
nunquam uno signo, Venus autem non pluribus duobus paul

inferve

Y nec longe a radiis stelis seiuncta

Presentia non longinqua ab eis significantur opera

Venus atque Mercurius nunquam mul tum a sole elongantur

procul absunt, ut sit ipsorum vires semper fere sub so:
le collecte. Qua ratione fit, ut nihil in coniunctione aliquid
ultra solis, ac lune vires portendat. At cum in coniunc
tione vix significent, ab eorum coniunctione sexdecangu:
lus neqaquam prosiri(?) gretur: quippe cum iis omnis eorum
angulorum, qui in sexdecangulo sunt, a coniunctionis viribus
emaneat. Est enim diametri vis veluti dimidium coniunctionis,
quadrangulus vero dimidium diametri. Octangulus autem qua:
dranguli, sexdecangulus tandem octanguli. Quare e coniuncti:
onis viribus universi sexdecanguli vires prosiri:
guntur, si itaque Venus et Mercurius vix in coniunctione
vim habent: iure in angulis totius figure: nulla iis
diffundetur, non ergo ab eorum coniunctione sexdecangu:
lus constituendus est. Et propter hanc causam Vete:
res et Mercurij et Veneris coniunctiones, que in an:
no accidunt, despexerunt. Nos autem coniunctiones has re
re probamus: preserttim in aeris qualitatibus, atque presen:
taneis et in alijs eventibus: potissimum cum in angulis co
tingerit: quia conventum superiorum describuntur: aut cum
cum in eclipticis locis acciderint, tunc n(on) minuunt: atque aut
augent significationes a maioribus premissis: et de in:
feris planetis hactenus

ENUNCIATUM VII.

E coniunctione erratice cum non errante una: vel
pluribus, sexdecangulus nullus habeatur

Huius Enunciati multiplex causa est. Prima
quidem quod erratice et non erratice simul iun:
cte nihil aliquid possint: et cum e coniunctionis vi:
ribus iis sexdecanguli omnis profuisatur: in:
re ab huiusmodi coniunctione sexdecangulus nu:
llus habendus est. Deinde si erratice cum non erra:
tica coniunctio non nihil possit: id omne presen
presentaneum est:

est: postremo Ptolomeus stella non errante, quoties in coniunctionibus contingerit: ut teste utitur: non aut ut coniunctionis parte: quod et nos libro de nrarum calamitatum causis explicavimus

ENVNCIATVM VIII

Sexdecanguli errantium stellarum, qui observatione digni sunt, tres describuntur, Saturni et Iovis singulis 20. annis: Saturni et Martis singulis duobus annis, mensibus circiter duobus, Iovis et Martis singulis duobus annis mensibus fere quatuor horum maximus quidem est Saturni et Iovis: minimus aut Iovis et Martis, medius aut Saturni et martis.

Sexdecanguli non

Coniunctiones omn stellarum (ut Ptolomeus inquit) .119. esse videntur simplices vero, quae digna sexdecangulatione videri possunt 10. Vidimus enim e compositis ipsis coniunctionibus sexdecangulos proficisci non posse, Argumento videlicet quod a planeta gravi, caetera leniores aequaliter non desideantur: earum aut 10. tres quidem sexdecangulos efficiunt: coniunctio videlicet Saturni et Iovis, Coniunctio Saturni et Martis: et coniunctio Iovis et Martis, Quippe cum coniunctiones Saturni et Veneris atque Saturni et Mercurij, Item et coniunctiones Iovis et Veneris, et Iovis et Mercurij: et rursum et coniunctiones Martis, et Veneris, et Martis et Mercurij: sexdecangulos non faciant: cum enim nihil in coniunctione aliquid possit: sunt enim adeo imbecillae: ut illarum vires in sexdecim angulos nequeant diffundere, fit ut ad praesentaneas res, aeriasque vim habeant, ad caeteras vero significationes, quatenus in angulis

Stellae

A compositis coniunctionibus sexdecanguli proficisci non possunt.

Sexdecangulum tempestatem

diffundere

Angulis cadunt superiorum conditionum, quae illas promittebant. Quare cum eo sint simplices conditiones, ex quibus sexdecanguli proficisci videntur: et ab illarum septem imbecillitate conditionum nequaquam proficisci possint: iure tres tantum esse videntur, e quibus sexdecanguli tres emanent: ut Saturni et Iovis singulis XX. annis. Saturni et Martis singulis duobus et mensibus fere duobus. Iovis et Martis singulis duobus et mensibus fere quatuor: et intelligo secundum regulam mediorum motuum, secundum enim veros serius, ac celerius coniungi possent. Horum praeterea sexdecangulorum vires inaequales sunt. Nam conditio Saturni et Iovis praestantia* stellarum. Nec non et temporis tarditate caeteris maior est habenda. Iovis autem et Martis stellarum magnitudine, atque praestantia caeteris minor. Media vero, quae Saturni est et Martis, igitur conditiones: e quibus sexdecanguli exoriuntur hae. et tot sunt

*excellentia

ENVNCIATVM IX.

Planeta levis sua celeritate angulos describit: gravis vero sua tarditate, figuram.

Levis stella, ut ab Astrologis creditur, est quaecumque minore tempore suum circum-

circulũ describit: grauis aũt, quæ maiore.
[margin: mercurius circulum in esse signorum complet]
hac ratione fit ut saturnus omnibus grauior sit. Iupiter uero post saturnũ. Mars post Ionem. Venus post martem. Mercurius post Venerem. omnibus aũt leuior contra Mercurius est, post hunc Venus, post Venerem.
[margin: Mercurius omnibus leuior]
Mars, post Martem. Iupiter. saturnus vero grauissimus: figurã igr̃ sex decangulã ambe stelle, que in coniunctione sunt, efficiunt, quia uero, que celerior est, et leuior, ipsa moueri uidetur, ipsa quoq; et angulos describere uidetur, quia vero que tardior est, quasi fixa, ac im mobilis censetur, et figurã claudere censebitur, recte igr̃ dictũ est in enuntiato grauem facere figurã: leuem aũt sua celeritate describere angulos: quæ sola moueri uidetur: quippe cũ figura clausione, angulatio uero motu constet, Qua ratione fit: ut semper in figuræ descriptione grauis planeta, ut immobilis pũctus sit habendus ex quo latus est trahendũ. leuis uero, ut pũctus fluens, qui in fine lateris angulũ faciat. Verbi causa, sit coniunctio saturni et Ionis, in Arietis parte. XV. constitũto saturno: ueluti pũcto immobili, cũ iuppiter distauerit a saturno partibus. xxij. et minutis xxx. primũ angulũ describet in
[margin: comparatione ad tardiorem]
[margin: figura clausio sive fixione permanentia constat. Angulatio motu]
[margin: XV]

in huiusmodi figura. Dico autem cum Iuppiter
distauerit a saturno, quoniam saturnus est
qui ut immobilis potius est habendus, non
xv autem xv. Arietis pars In qua fuerint coniuncti:
semper enim Planeta, qui grauis est, in descri:
ptione angulorum, ut figurae totius initium est
spectandus, et Planeta leuis, ut potius flu:
ens habendus. Cum uero Iuppiter a saturno
partibus. 45. distauerit: angulum secundum descri:
bet: siue saturnus fuerit: ubi erat: cum primum
descripsisset: siue alibi: non enim huiusmodi fi:
gura comparatione eius partis: quam in signo te:
nebant coitus tempore: describenda est. sed
comparatione eius stelle: que in conditione gra:
uior est. Cum uero Iuppiter a saturno distaue:
rit partibus. 67. et Minutijs. 30. saturno quo:
uis loco constituto, angulum tertium describet. At
cum Iuppiter a saturno distauerit partibus. xc.
saturno ubiuis loco constituto. angulum quartum
facit simili ratione, et de ceteris dicendum est.

ENVNCIATVM X.

In maximo erraticum sexdecangulo anguli
qui uniuerse figurae principio diametrantur et q
eidem quadrangulantur in obseruatione digni sunt: observatione
in mediocri vero, anguli: et qui in principio,
et qui in diametro collocantur. At in minimo
sexdecangulo principium duntaxat animaduertito.

Angulus (ut postea disserendum est) multifariam efficax esse potest. Vno modo ad agendas significationes ipsas. Alia ratione ad actiones, quæ per coniunctiones significatæ sunt, edendum in lucem, atque promendum. Tertio ad genus earum significationum quæ portenduntur, constituendum. Postremo ad genus significationum per speciem contrahendum. loquimur autem nos de efficacia anguli ad significationes agendas, de cæteris autem suo loco disserendum est. ¶ Anguli igitur qui in figura ad agendum efficaces sunt, quatuor potissimum in maximo circulo sexdecangulo observandi sunt. Angulus principii: huic diameter et eidem quadranguli dexter, ac sinister. Causa autem: quoniam planetæ qui sexdecangulum faciunt: in universo quadrangulari motu ad agendum pollentes sunt. In mediocri vero circulo sexdecangulo pro agendi efficacitia duo tantum spectandi sunt: Angulus principii, qui coniunctionis locus est et huic diameter, causa autem: quoniam stellæ in huiusmodi veluti subduplæ ad primas habentur. At in minimo: principii angulum potissimum Animadvertito: quippe cum stellæ in eo: veluti subduplæ ad stellas in mediocri censentur. Cæteri vero anguli non frustra sunt: quando alii utiles sunt ad actiones, quæ significatæ sunt in coniunctione, publicandas, promendasque. Alii ad significationes, quæ prius in themate sunt portentæ: augendas, aut immi-

publicand

aut minuendas. Alij vero alia ratione utiles, ut posterius disserendum est. Sed de agendi efficacia questio non parva est: Utrum coniunctiones, e quibus [illegible] sexdecanguli proficiscuntur: possint ultra qualitates elementarias aliquid agere. Aliquid ultra elementarias qualitates intelligo illud, quod non est calidum: nec frigidum: nec humidum, nec siccum huiusmodi est elementorum mistura, sive (ut utar verbis medicorum) complexio. Morbi videlicet, pestis, febres: et id genus, bellum, secta: sive religio (et ut uno verbo dixerim) id omne, cuius forma non est elementaria qualitas. Quod igitur tales coniunctiones, aliquid tale possint: observationibus: auctoritatibus, ac rationibus probabile videtur. Observationibus quidem Anno 1504. trium superiorum coniunctio: que in cancro fuit, grandes effectus exerit. Nam ab ista coniunctione anno secundo horridus cometa surrexit: cuius anno primo tanta fuit ariditas servata: ut a Ianuario mense in Novembrem usque nulla prorsus pluvia in nostra regione visa fuerit, Immo extrema siccitas: que usque in presentem annum 1510. adhuc viget. Anno a cometa tertio Maximilianus Imperator cum innumerabili exercitu contra Gallos et Venetos in Italiam proficiscitur: Viribus aut Maximiliani remissis, inter Ferdinandum catholicum, Iulium secundum, et Ludo:

Pontificem Romanum

Questio

Qualitates elementarie

Qualitates secunde ex qualitatibus elementaribus proficiscentes.

Secta, religio

Observatione, Autoritatibus, Ratio

illa

In cancro Coniunctio trium superiorum Effecta

Ludouicum octauum Gallorum Regem, nec non et Maxi-
foedus milianus foedus aduersus Venetos concluditur,
quod non dissolutum est, quousque Veneti omnia ami-
serunt, sola Venetiarum Urbe seruata. Anno e come-
te quarto Iulius secundus aduersus Ferrariensium
principem ingentes copias parat fueruntque plura
alia post cometae apparationem, quae nunc omitt-
emus. Illud enim duntaxat acceptum esse uolumus
cometen e coniunctione illa trium, quae in Cancro
profectus contingit, profectum esse, quae ratio docet. Coniun-
ctiones non modo elementarias qualitates por-
tendere, uerumetiam plura alia, quae ultra ele-
mentarias qualitates sunt significare. Ad haec
In Aquario trium superiorum Coniunctio quid portendat. 1345. Martio mense in secundo Aquarij dena-
no trium superiorum etiam coniunctio contingit, e qua
innumera mala surrexisse legimus. Nam anno primo
in Autumno magnae aeris mutationes euenerunt,
ut Turbines periculossisimi. Pluuiae ingentissimae
Venenabilis [illegible] ueluti Choristica diluuia congregatae. Horridi nebu-
lones, et cetera id genus. Anno uero secundo a
coniunctione uidelicet. 1346. Augusto mense. 26.
die prelium commissum esse legimus inter Britanie,
Britannia Anglia quae nunc Anglia dicitur, Regem atque Philippum
Valoem: in quo Philipus superatus est. Rex autem
Boemie interfectus: complures etiam Galliae prima-
tes partim capti: reliqui partim interemti. Eode
quoque anno Octobre mense die. 17. Aliud cur-
sum ingens bellum, preliumque inualuit prope Dune-
ilmiam

Dunelmiam urbem inter Britannos Scotosque. In
quo Scotorum Rex captus est, Scoticique primates
partim capti: partem caesi: interfectique. Anno
vero tertio a coniunctione videlicet. 1347. ma:
gna pluribus in regionibus emersit Inopia: atque
Annonae caritas: ob quam eodem [illegible] anno: atque

1348 Pestis per universum orbem maxima.

et .4. a coniunctione videlicet. 1348. dira pestis 1348
per Universum fere orbem grassata est: qualem
nemo antea fuisse meminit. Insuper anno.

Pestis dira per universum orbem

In X-O. superiorum Effecta

1496. die January. 16. in tertio piscium de-
cano coniunctio Saturni Martisque contingit: quae
crudelem morbum per Universum effecit: quo et
sacri viri: Reges: pontifices: principes: cete-
rique cuiusvis conditionis Homines laborarunt.
Et adhuc laborant: quem vulgus gallicum mor-
bum vocat: quod Caroli. 8 Gallorum regis in Italiam
adventum: nobis innotuerit: quem Anno: [illegible] .2436.; mundi
circum invaluisse affirmant. Quod an verum fue-
rit: non affirmo: illud tamen nobis satis sit ex
iis observationibus demonstrasse: coniunctiones
trium superiorum planetarum non modo ad elementa-
rias qualitates vires diffundere: verum etiam ad
ea: quae ultra vires illarum longe progrediuntur.
Autoritate vero: quia Ptolomeus Mathematicorum
princeps lib. Centum enunciatorum enunciato .L. [quinquagesimo] 50
Ne praetermittas Stellarum .iii. coniunctiones.
In his n. posita est cognitio eorum quae fiunt

per orbem

Gallicus morbus 1496. coepit sequi

Morbus Gallicus post quam coniunctionem emerserit in Italia

octavi

Christus natus ante mundi a creatione mundi 5199 Et item ante Christum tum dira lues universum vagat orbem 2933

~~quæ fiunt in mundo~~: Et generationis et corruptionis: per quæ demonstrat tales planetarum coniunctiones omnia: quæ in mundo fiunt: portendere: non tantum elementarias qualitates. Rem hanc posteriores rerum cælestium scriptores, ut Albumasar, Messalus: generatimque Hebrei et Arabes: Et Græci fere omnes hoc idem confirmarunt. Quippe cum et his omnia: quæ in mundo fiunt: evenire affirmarint.

omnia Hebrei Arabes Græci Itali

Ratione vero: quoniam quilibet planeta solus: cum alicuius constellificationis dominus fuerit: portendit non tantum: quæ ad elementa: sed etiam: quæ ad animum spectant. Saturnus quidem merores. Solitudines. Terrores: Et id genus. Iuppiter Amicitiam: parem, animi tranquillitatem: Et id genus. Mars Rixas, Contentiones, Seditiones, Iras. Et id genus,

Constellificationis dominus Thematis

♄ ♃ ♂

Propterea planeta suos morbos portendit, cum genitura morborum dominus est: quod si seorsum stella constituta aliquid ultra elementa portendat: veluti corporis, fortunæ, Et animi bona atque mala, more coniunctæ eo magis hæc eadem significabunt, quo videlicet coniunctæ pollentiores fuerint se ipsis dispersis, Sed si hæc concedantur nunquam poterunt ad universales ipsos effectus, qui multos particulares infra se continent, ut ad Religiones: ad sectas: ad Regna: ad Regiones, ad diluvia, Et ad cætera id genus. Albumasar quem Petrus Aliacensis, Et Arabes, atque Iuniores omnes sectantur, coniunctionibus trium superiorum omnes magnos effectus tribuunt, veluti sectas, Religiones, Regna, diluvia, pestes, Regi

planeta in genitura morborum dominus

Regionum depopulationes, ac mutationes. Probarunt
aut rem hanc observationibus, quod nullum regnum
nullam sectam, nullam Religionem: nullum diluvium,
nullam pestem nullamque regionis mutationem cepisse
aut evenisse historiae tradunt: quin observatis
Stellis, aliqua planetarum coniunctio praecesserit:
Et cum auctoritate Ptolomei exploratum sit. CXIX.

Coniunctiones sunt causa omnium eorum quae in hoc orbe fiunt.

coniunctiones esse causas omnium eorum: quae in hoc
mundo fiunt: Et generationis: et corruptionis: im-
re omnia magna: quae contingunt: e coniunctionibus
huiusmodi evenire Autumant. Quod aut effectus

Omnes mutationes notabiles in mundo per efficaciam coniunctionum evenire

grandes: quicumque fuerint. Unquam in mundo contige-
rint: nisi coniunctionum aliquae praecesserit: perspi-
cuum est: si principia omnium grandium recenserimus:
ut Regnorum diluviorum. sectarum. Bellorum. Caetero-
rumque id genus: quae in hoc mundo exoriuntur: quae
cum recensere: non sit necessarium: id omne bona
fronte praetermittimus. Illud tamen pro explo-
rato colligunt nullum fuisse unquam bellum: aut sectam:
aut id genus: quin sub aliqua coniunctionum triangu-
laritate ceperit: contigeritque. Sed an haec vera
sint: transigamus. Nam haec profanis: Et bonis er-

profani
Boni

randi causa esse possent: non enim ratione conso-
num existimo Christianam religionem. Noeticum dilu-
vium, mundi ortum: ac hominum primi originem
e coniunctionibus huiusmodi evenisse Christia-
nam quidem religionem non: nam in illa super-
naturalia quaedam visa sunt: quae cum non natu

re

naturæ subijciantur: minime stellis subesse videtur. Diluuium vero Noeticum, minime: cum fuerit vniuersale et regionibus et animalibus: quod (ut Ptolomeus et Aristoteles tradiderunt) supra naturam est. Quanto autem hominum primo, ipsa origo, stellis subesse non poterit: cum ad ipsum creatorem nequaquam possit natura. Decepit autem ipsos differentia, quæ est inter aliquid esse cum aliquo, vel sub aliquo, et aliquid esse ab aliquo: fuit enim Cæsar cum Pompeio: quia eodem tempore: non autem a Pompeio. Tonitruum autem fuit ab extinctione ignis in nubibus: non autem sub extinctione. Religio itaque christiana, diluuium Noeticum: mundi origo: et prima hominum generatio: sub constellificationibus vel cum constellificationibus fuerunt: quasi secum contemporaneis: non autem ab illis: ut a causis: cum nulla prorsus constellificatio sit aut esse possit: quæ hæc facere posset. Errant igitur: quia licet nullus sit effectus: quin sub aliqua fuerit coniunctione: tanquam cum suo contemporaneo: tamen religio: et diluuium: et id genus non ab istis sunt ut a causis: sed diuina ordinatione: qua res supranaturales emergunt: facta sunt. Sed illud restat quod dignum utrum coniunctiones eclipsibus potentiores sint. Albumasar coniunctiones maiorum, eclipsibus prefert. Argumento quod grandia eventa a coniunctionibus proficiscantur: verum libro de nostrarum calamitatum causis, grandes effectus et eclipsibus sub esse probauimus. Quare ex Ptolomei decretis vrmchi dicam eclipsium efficatiam esse luminarium maiorum

Margin notes:

Natura non contingit (?) de diluuio, cælis Deo Conditori atque opifici omnium sibi optime non resistat

non cum aliquo / idem aliquid esse / sub aliquo / ab aliquo

Quia Cæsar fuit cum Pompeio

Quia ante extinctionem ignis in nubibus ex ignis extinctione fit nubis tonitruum autem ex verberatione partium ambiens aeris et egressu ignis e nube seu nubes sonitum

a diuina ordinatione atque potentia supranaturales emergunt

de Coniunctionibus Eclipsibus potentiores sint

Lumen maxime Actiuum

maiorem: q̃ sol et Luna q̃ a g̃ agũt virtute pro:
priorũ luminũ agunt Cæteræ aũt Stelle virtute
solis et Lunæ. contingit tñ coniũctionũ efficatiã
per accidens maiorem esse viribus ecliptitis. Nã
licet coniũctio in stellarũ: q̃ coniũgeretur: non ita
efficax sit quãtacunq̃ nulla est coniũctio: quin
ipsi aliq̃ ratione luminũ vires comissæ fuerint:
aut configuratione: aut coniunctione: aut sexdecã:
gulatione: aut aliquo alio mõ. Insuper coniũctio:
nes temporis mora eclipsibus efficatiores sũt:
eo effectus: quos coniũctiones efficiũt: quousq̃ rur:
sũ denuo planetæ coniũgantur; perdurent: Mora
aũt maiorũ in eclipsibus tanto tempore nequaq̃
esse potest: eclipses aũt vigore agendi, efficatio:
res sũt, quippe eo effectus sensibiliores perduræt

ENVNCIATVM XI.

Regiones, quibus sexdetangulus signi:
ficationes suas portendit, sunt, quæcunq̃
signo conuenerint quod in totius figuræ ut
principiũ collocatur. Genus vero subiectũ
illud est, cui idem signũ preest: species
aũt et significationũ qualitas ab altero
coniũctorũ planetarũ est, qui in signo plu:
res rationes habet significationũ de:
niq̃ Initium est, cum planeta leuis
tanto interuallo a planeta graui


**
Sol et Luna in corporeis rebus principes ac domini uti[?] ... luminaria quod est qualitatis pri... ... elementaris uir tute ac potentia elementares com praehendes actiones omnia luminosa superant nam quibus uir tute superat causalitate atque efficatia maius est
Ceteræ Stellæ virtute Solis agunt

velut eclipsis vel tẽ luminũ potest longe efficatior esse eclipsibus vel

luminarium

a planeta gradu distauerit quod eo pri: mum Angulum figuræ efferent.

Angulum



In omn' caelesti sive significatione: sive
Locus sive regio — predictione. iiij. ut Ptolomeus inquit:
sunt consideranda. locus sive regio, ubi
significatio portenditur, quippe cu' no' o'ibus
in regionibus: nec omnibus in urbibus eve:
tus inspiciatur: qui portenditur. Tempus eti:
Tempus — am ipsius significationis: hoc est, quando si:
gnificatio ipsa incipit et quata mora perdu:
Genus subiectum — ratura sit. Genus subiectum: ut si in homi:
nibus: si in Brutis: si in frugibus eventus
ipsi acciderint, deinde et species significatio:
Species — nu': ac qualitas ut si bone fuerint significati
ones: si malae: si mediocres: si utiles: si hostiles:
Pro loci igitur consideratione oportet Mathema:
ticu' diligenti ratione. Triangularitatem signoru'
observare: In qua coniunctio ipsa stellaru' co:
tingit. Na' in regionibus: quae cu' illa Triangu:
laritate concordaverint, effectus videbuntur. Na'
Ptolomeus libro Apotelesmatu' universa' habi:
tabilem terra' in quatuor quadrantes sive Tri:
Triangularitas Quadrans — angularitates, divisit. Duxit em' ab ortu terre
habitabilis in occasu' linea': qua' graduu'. 177. et
quarte — unius quarte est: e Meridie aut in septemtrioem
altera' lineam produxit: que priore' interse:
cat, graduu' lxiij primam quidem longitudi's.
Secunda' vero latitudinis appellant. Qua divisio'e
constituta, quatuor derelinquuntur quadrantes

quadrantes. Quorum primum subijci primae Tri-
angularitati: quae videlicet Arietis leonis: ac
sagittarij est: gubernari vero a Ioue: ac Mar-
te. Secundum huic oppositum Tauro. Virgini Ca-
pricorno: Gubernari aut a Saturno ac Vene-
re. Tertium Gemminis. librae Aquario: e Satur-
no aut ac Mercurio regi. Quartum deniq huic huic
Diametrum. Cancro Scorpio. Piscibus: A Marte
vero ac Venere gubernari. Sunt igitur quadrantes
totius terrae habitabilis quatuor. Italicus. In-
armenq dicus. Africus. atque Armenius. In his quidem
regiones omnes collocantur: signisque Triangula-
ritatum subduntur: veluti in suprascripta fi-
annotatas gura annotatas cernere potes. Sed quam ob
causam Vniversam terram habitabilem sic Ptolo-
dimserit meus dimserit: curque quadrantes sic signo-
rum triangularitatibus distribuat: atque cur re-
giones eo modo, quo in figura annotatae sunt,
addiret signis triangularitatum addiret. Haec et plura
alia libro de nostrarum Calamitatum causis
diligenter dilucidavimus. Qui igitur locum: re-
gionemque in quibus significationes accidant,
vult praedicere. primo triangularitatem signo-
rum observet. In qua stellarum coniunctio facta
est: ut si in Arietis triangularitate: signi-
ficationes videbuntur in Italico quadrante: atque
in regionibus quae in illo quadrante sunt.
Si in Tauri triangularitate in quadrante In-
dico: atque in regionibus: quae in eo sunt: sicque

Sicq; in ceteris dicendum est. Secundo animaduer-
.2. Aiaduerte tendum est illud triangularitatis signum, in quo
coniunctio ipsa accidit. Nam potissimum in iis re-
gionibus significationes spectabuntur: quae cum
signo coniunctionario concordauerint: Hec de lo-
co. Subiectum uero genus Ptolomeus notat:
illud: in quo significationes ipsae recipientur
(uerbi causa) si in hominibus significatio
nes recipientur: Homines subiectum genus dice-
tur. Si in sacris: nec basilicis: sacra uel
basilica subiecta dicemus. Sin autem in aere.
Aer est subiectum genus. Coniunctionarium si-
gnum illud dico: in quo coniunctio ipsa stella-
rum fit: ut si saturni et Iouis coniunctio in
Ariete fieret. Aries coniunctionarium signum ha-
bendum est. Si in Tauro. Taurus coniunctionarium
signum est: erit igitur subiectum significatio-
num genus id omne: quod cum coniunctionariis si-
gno concordauerit. Ut uero intelligere dilucide
possit unusquisq; que subiecta genera quibus
signis concorduuerint: quotuplicia signa sint: ape-
riamus. Nam signorum: siue siderum triplex est
consideratio a forma uidelicet: siue ab appe-
latione: a situ siue positura: ab insita vi:
proprietateq; forma quidem speciesq; ipsa indi-
catur ab effigie: ac figura: Alia enim auium:
ut Cygni. Alia quadrupedum, ut Pegasi. Alia

Alia ab appellatione ipsa, hominis naturam si-
mulat: ut Casiope. Alia reptilium ut Anguis.
Alia piscium ut Pistrinis. Rursus quedam sunt
humani Artificij (ut Chrateris: Ara. Nauis. que-
dam nature ipsius tantum) ut Eridani: quedam
etiam mixte: ut Serpentarij: quippe in ex hominis
specie: et serpentis constet. Quorum etiam duplex
est genus. nam aut Animalium sunt: aut inani-
malium: ut Arietis: et sagitte: et Animalia quidem
ipsa partim ex rationalibus: ut Gemini: par-
tim ex irrationalibus: ut Taurus: et Cancer:
et rationalium quidem siderum; que videlicet ho-
minis appellatione designantur: nulla est ulte-
rius sectio preterquam ubi mixta figurantur: ut
Sagitarius: et Auriga. Hec de forma. Nunc de
positura transigamus. Situs itaque ipse: [illegible] si- : vel
gnorum positura partim per medium obliqui cir-
culi designatur: unde et signifer a nris di-
ctus est: a Grecis Zodiacus: propter Animali-
um: que in illo traduntur: configurationes. Igi-
tur signorum quedam in medio Zodiaci collocantur:
quedam Austrina et Meridionaliaque. Alia Borealia
atque septemtrionalia. Gemini. Cancer: et Leo.
Borealia signa sunt: quoniam in septemtrionem
assurgunt. Sagitarius. Capricornus: et Aqua-
rius. Meridionalia, quia in meridiem declinent. Ce-
tera autem media: seu dubia. De insita propri-
etate dicamus post hec. Nam ab insita vi.

Estimma (?) / Natura / vis / effectus / virtus / potestas — Visita (?)

Quedam sunt terrena. Alia Aquatica. Alia fi-
xa, alia mobilia, alia recta, alia obliqua. Alia
tropica, Alia equinoctia: itemq alia alterius
atq alterius nature: ut lib. eruditionum exposui- Liber eruditionum
mus. Ulterius euentus: quos stelle portendunt di-
stinguamus. Nam per talem diuisionem cognoscere talem
poterimus qualitatem significationum (ut suo lo-
co disserendum est) Res itaq humane: in qui-
bus euenta contingunt: triplici bonorum genere
habentur. Aut enim in bonis enumerantur corporis:
Corporis bona aut fortune: aut animi: sunt corporis bona sa-
nitas Robur, ac sensuum uigor: queq his pulchritudo corporis color
contraria in malis. fortune bona sunt exter
na cuncta. sed bonorum fortune. Alia quidem
stabilia sunt: ac permanentia: neq enim loco
mutantur: ut predia: fundi: quorum uero nulla
rustica: quedam urbana. Alia mobilia: queq Rustica urbana
aut ipsa mouent se: ut Armenta, Aut ab ipsis
hominibus mouentur: ut pecunie, Merces. Or-
namenta: queq supellectilia comprehenduntur,
Alia ingenio: actionibusq exercentur: ut Artes,
Magistratus, munera: siue rustica: siue urba-
na: siue militaria: eaq aut Terrestria: aut
Naualia, sunt tamen actiones quedam nisi eas-
dem maluerimus contemplationes uocare: in
quibus aut: loci nihil: aut parum fortune re-
linquitur. is declaratis: pro euentuum gene-
re ut nonnulli ex Ptolomei decretis tradunt

tradunt coniunctionarium ipsum signum. In quo co:
niunctio facta est. Primo inspiciendum: deinde si:
gnum. In quo is planeta est: qui in coniunctiona:
rio signo dominationis partem assumit. Nam
subiecta genera euentuum erunt: quae per signa
haec repraesentantur: si enim humana signa fu:
erint. In hominibus portenta uidebuntur: si in
ferinis in feris: et in caeteris id genus: simili
ratione. Speciatim uero multifariam regula colli:
gitur. Et primo ab effigie. Nam si coniunctio in
signo humanae speciei figuram referente contige:
rit: in ipsis hominibus effectus suos molietur.
Sunt autem huiusmodi Gemini, Virgo, Libra, Aquarius,
Sagittariique secunda media pars. Si autem in ferino:
in ipsis feris subiectis euentus continget. Se
cundo autem ab ipsa positura: quoniam si coniunctio
ipsa iis acciderit signis, quae ad septemtrio:
nem assurgunt: terrae quidem repentinos motus:
et septemtrionalibus, sin autem iis: quae ad Me:
ridiem declinant: improuisas Aeris fluctuati (improuisas)
ones: et regionibus meridionalibus potissimum
portendent. Tertio ab ipsa insita in Idiotro:
piam: quoniam si coniunctio ipsa in tropicis atque equi:
noctialibus euenit signis: generatim quidem circa
Aeris status: eiusque et temporibus effectus de:
signat. Speciatim uero: in his, quae e terra ipsa
gignuntur: et.n. in equinoctii Verni signo con:
stituta frugiferarum arborum nocumenta denun:

pendeat: ut Vinis: fici: arbuscularumque tunc pu- Arbusculae pubescentes
bescentium: in signo aut aestivi tropici: damna an-
nonarum quidem fructuum: et in colligendo: et in
condendo: particulatim tum in egipto causa inun-
dationis Nili. At in autumnalis equinoctii signo
collocata: sementi foeniseciisque male ominatur:
et aliis item eiusmodi. Ubi aut in hiberni tro-
pici signo: in holeribus: rebusque hortensibus
per id tempus commigrantibus Avium: seu piscium
generibus: quae et equinoctialia signa: in sacer-
dotibus: ac deorum cerimoniis significationem ha-
bent: in solsticialibus. In his quae ad aeris mu-
tationes cunctisque morum spectant: At fixa: in
fundamentis: edificiis: bicorporea: In his: quae
ad subiectos: ac reges pertinent: horum ratio
est: quia similia facile similibus conveniunt: ***
Similia facile similibus conveniunt atque conciliant simulque consiliantur. Itemque subiecta domi-
nantibus: inferiora superioribus legae ecia
naturae cedunt: cedendoque obtemperant: Illorumque
famulantur imperiis (ut Plato inquit) Hec
igitur (quae isti dicunt: si observationibus
fuerint probata: non sunt deneganda. Ptolo-
meus tamen in huiusmodi coniunctionibus: nullum
aliud signum: nisi coniunctionarium considerandum
iubet esse Jubet; nec alios planetas praeter eos: qui
in coniunctione sunt. lib. cen. centum Enunciato:
cum Enunciato. 63. inquit: cum Saturnus Juppiterque
coniunguntur: Uter eorum sublimior sit: vide, at
Uter

ac iuxta illius naturam pronunciato. Circa quae Ptolomeus nullos alios planetas considerandos esse praecipit. Praeter eos: qui in coniunctione sunt. Quare nec signa inspicienda sunt eorum planetarum. Qui in coniunctionario signo dominationis partem assumunt. Alioquin tantus mir ... minutus esset: erit igitur pro cognitione locorum ac regionum. Nec non et subiectorum generum quibus coniunctio suas significationes molitur: considerandum coniunctionarium ipsum signum primo: deinde signa: quae illius triangula sunt in eodem quadrante. Nam his regionibus ijs subiectis generibus significationes portendentur: quae in illis signis duntaxat concordauerint / ac subijcientur. Si autem opinio ea: quae paulo ante dicta est: obseruationibus probata est. Non erit malum: ea quae dixi, esse Animaduertenda, animaduertere, cum astronomica Apotelesmata, potius obseruationibus: quam rationibus constent / Hactenus de genere. De specie uero: ac euentuum qualitate obseruanda est idiotropia, proprietasque Oerodespotis, partis uidelicet coniunctionariae est autem pars coniunctionaria gradus signi: quem coniunctio partiliter tenet. Oerodespotes uero, est ille coniunctorum planetarum: qui in ea particula sublimior est: ac potentior, dicimus planetarum. Non enim luminaria esse posuit. Oerodespotes. Quippe cum domini coniunctionum non pigneantur particularia dominia sortiri

Ptolemaeus maximus uir

quibus

Astronomica apotelesmata potius obseruationibus quam demonstrationibus constant

Pars coniunctionaria

Dominia sortiri ut Maternus inquit: sunt sol: et luna totius caeli domini: effectricesq(ue) uniuersales causae. Quare oportet Oerodespotē esse aliquem planetarum: dixi etiam in parte coniunctionaria. Non. n. perfecta coniunctio dicitur: nisi partilis fuerit. Hoc est nisi sit per gradum: dixi etiam planetarum coniunctorum: quoniam secundum Ptolomeum Oerodespotes est alter planeta eorum: qui partiliter coniunguntur: Est enim coniunctio caelestis (ut ita dixerim) mistura quedam stellarum quare quemadmodum in elementario misto ea qualitas predominatur: e qua species misti ipsum arripit: Et e contrario ea qualitas: e qua mistum speciem sumit, est totius mistellae domina: ita in planetarum coniunctione ea coniunctarum stellarum totius coniunctionis domina erit: quae toti coniunctioni predominatur. Quare pro qualitate ac Idiotropia stellae dominatricis earum uidelicet quae in coniunctione sunt: erit species et qualitas significationum colligenda. Cum enim Idiotropia dominatricis stellae ut qualitas predominans in coniunctione se habeat: cum totius coniunctionis sibi subiiciet: ac speciem generi: Et qualitatem quantitatemq(ue) dabit. Recepto igitur genere a coniunctionario ipso signo: speciem et qualitatem significationibus Oerodespotes coniunctionis subministrabit. Erit autem Oero:

despotes

partilis perfecta coniunctio

determinat

mistella mistura

Oerodespotes coniunctionis subministrabit. Erit aut Oerodespotes planeta: qui ex coniunctis in particula coniunctionaria sublimior est. Est uero sublimior: qui in illa plures rationes habet: rationes aut in proposito. iiij. sunt domicilium. triangularitas siue triplicitas. fines qui et termini dicuntur. Altitudo siue exaltatio de quibus libro traditionum satis. Qui igitur ex coniunctis: in particula coniunctionaria plures harum rationum habuerit: is Oerodespotes: hoc est dominator habendus est. Verbi causa. Habeat saturnus in particula coniunctionaria domicilium: triangularitatemque. Jupiter uero tres: finem uidelicet triangularitatem: ac altitudinem. Jupiter dominator erit. Quod si ambo aequales totidemque habuerint, ille obseruandus est: qui celerius reuolutionem suam complet: quique leuior dicitur. Quippe cum plane; tam leuior particularior esse uidetur: ac magis specificans aut fortasse ille dominator erit: qui est in Apice sui epicicli uerum de his lib: traditionum: ac de nostrarum calamitatum causis satis abunde dictum est. Docuit aut Ptolomeus regulam huiusmodi; cum inquit: cum saturnus Jupiterque coniunguntur: uter eorum sublimior sit: uide: ac iuxta illius naturam pronunciato: idem in caeteris stellis facito: ubi per sublimiorem: non eum: qui est in Apice epicicli (ut hali exponit) Ptolomeus intelligit. Sed eum: qui plures rationes habet in particula coniunctionaria: nullibi enim

Vnde altitudo et sublimitas colligitur

Oerodespotes dominator

Nullibi

Ptolomeus ad sublimitatem loci animaduer-
tendum esse iubet: pro planetarum iurisditionibus:
ut ijs patet: qui legerut libros eius: forsan.
(enim) tum cum ambo de paritate certant: sublimitas loci
consideranda est: cum enim de paritate dominationis
planetæ: q coniunguntur certant: consideranda est
forte lenitas planetæ: aut sublimitas loci aut
disparitas dignitatum in quali- tam si dignitates
fuerint numero equales: poterunt esse qualitate
ac uirtute inequales; domus enim prefertur tri- (pre)
plicitati: et de alterio finibus: uerum de ijs in iur-
ditionibus: de idiotropijs uero ac qualitatibus
quinque stellarum abunde diximus in lib. de nostra-
rum calamitatum causis: qui de eclipsibus est.
(De initio euentus significationum) De initio uero significationum: agamus: non enim
eo ipso significationes incipiunt: quo coniunctio
est: nisi ad aeris mutationes spectauerint.
Causa aut: quoniam agens naturale prius dis-
ponit: deinde agit: nisi in mutationibus aere-
is: pro quibus semper elementa sunt bene
disposita: saltem pro illarum initio docet
aut obseruatio in luminaribus coniunctioni-
bus: hoc est in solis: ac lunæ synodis: signi-
ficationes incipere; cum luna angulum mutaue-
rit: quare idem obseruandum et in cæteris. Qui-
ppe cum Ptolomeus ex effectibus luminum natus
sit referarum stellarum effectus: ut lib: Erudi-
torum satis explicatum est: erit itaque principium
significationum: quæ portenduntur, Tunc cum

Tunc cum planeta levis: eorum qui in con
iunctione erant a gravi .xxij. partibus mi-
nutis .30. distaverit: quo intervallo primum
angulum facit. Verbi causa. Sit coniunctio Sa:
turni et Jovis in prima Arietis parte: tunc
Significationes: quas haec coniunctio significat;
apparere incipiunt cum Juppiter a Saturno xxij.
partibus. Minutisque. 30 distando angulum
primum efficit in figura. xvi. angulorum. Iter.
Ptolemaice — sunt Ptolemeica tradita. sed quae alij se: — quae
tiunt: non erit malum transigere. Nam elu:
cidatio veritatis in contrariis iuxta positione; clarius
De elucidatione veri in contrariis iuxta positione complanior redditur — scita est. De loco itaque tradunt non nulli
effectus coniunctionis: cum evenit coniunctio quo
vis in signo, ubique esse significandos. Nam cum
coniunctio stellarum sit vis maxima: videtur
ubique significationes suas molliri: licet non si-
mul. Observavimus enim morbum Gallicum: quod
a stellarum coniunctione significatus est: non unam
regionem: sed omnem: nec unum genus hominum:
sed omnes homines afecisse. Vexavit enim Ita-
los. Grecos. Germanos. Gallos. Hispanos. Thra-
ces. Scythas: Turcas. Ethiopes. atque omnium
hominum genera. Regionesque omnes. Itemque Religi-
osos. Pontifices Reges: Medicos Philosophos.
Iureconsultos. Divites Pauperes et omnes
quosuis: cuius causam Astronomi assignarunt:
Ex eo quia talis morbus ex coniunctionibus

fuit portentus: quae coniunctiones ubiq significant effectus suos. Adhuc in mutationibus aeris tradunt coniunctiones ominari eas, indifferenter: non aut certis: ac statutis regionibus. Quam positionem Porphirius in Isagogis Apotelesmatum Ptolomei olfacere videtur: cum inquit coniunctiones significare non ut eclipses: que non significant: nisi regionibus: quibus apparent. Alij vero refellunt poem hanc ex eo: quia significatio loci non potest esse nisi e loco coniunctionis: at nulla coniunctio ubiq signis accidit: quare nec significatio omnibus in regionibus. Quippe cum signum unumquodq suas habeat regiones. Propter haec tradunt totius mundi regiones septem esse: quas Greci Climata appellant. Quorum primum tradunt saturno atq illius signis: quae sunt Capricornus: et Aquarius. Quemadmodum enim Saturnus primum inter planetas optinet locum: sic primum clima inter climata sibi vendicat. Eadem ratione secundum Iovi atq Iovis signis Sagittario atq piscibus, quippe cum ea ratione ad .ii. stellas Iupiter habeat: quam clima secundum ad primum. Sicq consequenter suo ordine alijs planetis atq illorum signis distribuenda sunt. Tunc dicunt coniunctiones ea in regione sive climate significationes suas ominari: quod tenet signum in quo est: diffunduntur aut coniunctionum significationes contagione quadam (ut ita dixerim) ad ea climata que tenent signa: quae coniunctionarium signo quadrangulantur: ac diametrantur.

Porphyrius scripsit in Ptolomaei apotelesmata

Septem mundi regiones, septem climata

at diametrantur: et propterea coniunctio omnis
quodamodo ubique effectus suos portendit, Hec po:
sitio si observationibus est probata: non est
contenenda. Ptolomeus tamen qui Mathematico:
rum Princeps: regiones non per climatum partitio:
nem signis distribuit: sed per triangularitates. quadrantes
Alij vero videntes coniunctiones significationes su:
as ubique fere ominari: amplificarunt hoc pacto: ut
loca ea omnia sint: quae signo coniunctionario: et
signis: quae coniunctionario signo: [illegible]: sunt
triangula in eodem quadrante: et sexdecangu:
la: et quadrangula: et diametra: concordant. hec
sunt que de loco signa lectione comperimus. Illud
tamen animadvertendum me in libra Cometam et
eclipsim solis obversare: que in italia effectus
efferunt: et tamen Italia librae non concordat:
nec per climatum partitionem: nec per terrae qua:
drationem, sed solum ex eo: quia Italia concordat
leoni per sexangulationem. Quare aut credendum
ptolomei regulas esse affirmativas. Nam valet e
saturni et Iovis coniunctio in |A| signo. Adhuc et
illis triangulis: potissimum ijs: quae cum |A| concor:
dant, negative aut non valet: coniunctio non est
in |B| signo: igitur non portendit regionibus, que
concordant cum ipso |B| signo, non enim valet: quoniam
potest portendere contagionem quandam: que oriri potest
ex eo: quia aliae regiones subiiciuntur signis
colligatis signo coniunctionario: aut per tri:
angulum: aut diametrum: aut quadrangulum

Italiam subiici inveni Libra et Leoni apud Ptolomeum et Astronomos

Vide ne contagione a contagione novi [illegible]

Potest concordare ratione [illegible] conditores qui sedem fecit in ea atque [illegible] auctoritate amplificare [illegible] [illegible] auctoritatis [illegible] tanquam atque [illegible] [illegible] [illegible] ac situs [illegible] signorum [illegible] conditorem in quo [illegible] atque [illegible] [illegible] magnam potentiam in Italia sibi vendicarunt

aut sexangulum: aut alijs rationibus: quae a Ptolomeo nondum erant obseruata. De genere uero subiecto. Astronomi qui post ptolomei tempora scripserunt: genus significationum cum specie atque qualitate miscuerunt; unde Mesahala inquit quelibet coniunctio magna in Igneo ipso signo uredinem: et seminum perniciem: atque famem portendit. In Aereo uero uredinem: uentorum multitudine: atque infelicitatem. In terreo: modo fixum fuerit: sterilitatem annis: ac frigoris magnitudinem. In Aqueo: pluuias: atque pestem. In humano aut signo: modo stellae quae coniunguntur male afficiantur: Morbos portendit in hominibus. Inferioris vero: inferis: sicque in ceteris signis semper in suis similibus significationes emolientur. Quod si in signo masculino coniunctio male afficiatur: masculorum animalium Morbos portendet. In foeminino uero foeminorum animalium. Ad hec ast coniunctio ueneris ac Mercurij si in aliquo cardinum [illegible] annuę reuolutionis mundi contigerit: eo anno rixas: contentiones: bella portendit: quae tamen diu perdurabunt: quamdiu iterum coniungentur. Coniunctio uero Saturni et Jouis: cum fuerit in aliquo cardinum Annuae mundi reuolutionis: potissimum in Culmine, prophetae: ac noui Regis accessum. Deumque tradit. Quod si signum coniunctionis bene affectum fuerit: dominusque illius etiam: portendit Regem uel prophetam: qui

Coniunctio magna in signis igneis aereis in aliis

Effectus quamdiu perdurant

Culmen medium. Cardo decimus

Cum sol inque domo in ... aspectus

prophetam: qui venturus est: vincere, ac fæliciter dominari, contra autem si male afficiatur: eius cedem ac destructionem nunciat. Addita magnam coniunctionem pro qualitate signi portendere, nam fixum, significationum perseverantiam, Mobile mobilitatem, mediocre vero mediocritatem dabit. Haec Mesala de genere: quod quod generi speciem et qualitates miscet. Quare nolo te ignorare ceteros Astronomos ex observationibus subiecta quae in quibus euentus futuri sunt: Aliter quam Ptolomeum obseruasse, nam humana signa (ut ex observationibus se inuenisse aserunt) non modo hominibus, verum etiam brutis; et Aerijs: et ceterorum id genus portendere arbitrantur. ferina quoque similiter feris: et hominibus: quorum traditionem cepius abigere: obseruauimus enim in Cancro signo non humano coniunctionem trium superiorum: tempore quo nec aliquis planeta in signo humano erat: et tamen illius portenta in hominibus: ac in Italia locum habuisse: et nos et Alij viderunt: ut bellum aduersus Venetos ac Gallos per Maximilianum Imperatorem, postea aduersus Gallos per Iulium ij. Venetos ac Ferdinandum catholicum consideratos deinde schisma contra Julium motum esse obseruauimus: quae omnia sequi videntur eam trium superiorum coniunctionem: quae in cancro fuit, et si nescio dicere haec non coniunctione: sed a cometa: qui successit in libra portenta esse: quod est humanum signum. Emerget profecto adhuc quaestio: est enim Cometa huiusmodi effectus coniunctionis, que in Cancro praefuit, quo fit ut si coniunctio Cometen effecerit: etiam quae Cometen secuta sunt: effecisse videatur. Quod si cursum vires Cometen

Cometa effectus sunt coniunctionum

non in eius coniunctionis accidisse: quae in Cancro
praecessit. sed in solaris eius eclipsis: quae praecessit 1506
die Julij. 20. Ad hoc emerget quaestio. nam signum ubi ecli:
psis praecessit. leo est: et quidem ferinum. Quare si eclipsis:
quae ferino in signo praecessit Cometem effecerit: etiam ea omnia
facere videtur: quae Cometa gerebatur. fortasse ad hoc
fingi potest eam eclipsim in dominatum stellarum non ferinam:
sed humanam finxisse. nam earum stellarum: quae in ea predomi:
nabantur: aliquae in humanis signis fuerunt. Nos ve:
ro observavimus non semel effectus constellisitationum accidisse
hominibus: quos ad alias constellisitationes reducere nequi
vimus: nisi ad eas: quae vel ipse vel ipsarum omnia tri:
res stelle in humanis signis fuerunt. Quare oportet
dicere aut Ptolomeum regulas affirmativas tradidis
se: ut si coniunctio sit in humanis signis. In hominibus
effectus emoliatur: At contra Ptolomeus non observa:
vit. Aut oportet dicere ea contigisse contagione
quadam: modo quo diximus: quia quae successerunt co:
cordant signo coniunctionario: aut signis: quae illi di:
ametrantur; aut quadrangulantur: aut sexangu:
lantur; aut triangulantur: aut concordant signis.
In quibus dominatrices stelle sunt; aut signis: quae
dominatris signis aliqua configurationes ra
tione coniunguntur. Observationes igitur iuniorum non sunt
omnino post habendae. licet illae Ptolomei firmio:
res sint. Haec de genere. De specie vero: et qua:
litate Messala generalem quandam regulam no:
bis affert: cum inquit: in coniunctione duorum
superiorum: vel trium: vel quatuor in coniunctione

Eclipses solares efficiunt Cometas.

quare

Observationes Ptolomaei firmiores sunt iuniorum nec omnino contemnendae.

De Specie

Si benefica stella predominetur: beneficæ si-
gnificationes præsagienda sunt. Sin autem Ma-
lefica Maleficæ: et infelices. Verbi causa si
Saturnus fuerit predominator: coniunctio enuntiat
corruptionem & damnum: uredinem sterilitatem: et
bellum: contra uero Jupiter dominator si fuerit.
Alij uero tradunt considerandos esse etiam eos
planetas: qui partem dominationis sibi uendicant.
Siue in signo coniunctionario, siue in alio signo
fuerint. Nam eos vendicare significationum partem
asserunt. De tempore etiam: que alij senserunt: tran-
sigamus. Nam: ut asserunt: coniunctio duorum superio-
rum bifariam considerari potest. Aut ratione ad
signum habita. Aut ad triplicitatem: Verbi causa:
coniunctio Saturni et Jouis considerari potest ratione
ad Arietem habita: quatenus Aries unus .xij. si-
gnorum est. Aut ratione ad Arietem habita: quatenus
Aries primum suæ triangularitatis signum est. Si co-
niunctio consideretur ratione habita ad signum sim-
pliciter. hoc est: quo Aries est: de tempore euentu-
um non omnes una ratione sentiunt. Nam Arabs
Ptolomei interpres. libro centum enuntiatorum ex qui-
busdam Ptolomei uerbis male ad suam linguam uersis:
inquit: Aspice quantum ab ascendente annuæ reuoluti-
onis intersit ad locum coniunctionis: et cuique signo an-
num da. Verbi causa. Sit coniunctio Saturni et Iouis
xij. die Maij in prima libræ parte: et ascendens
reuolutionis anni Cancer sit. Tunc patet. iiij. esse
signa inter coniunctionis locum: et ascendens anni:

Si Saturnus predominatur in coniunctione

De tempore

Arabus

imperfectum

annos

anni: ideo ad tot annos significationes coniunctionis apparere incipient: quam etiam de ceteris coniunctionibus intelligendam esse dicunt. Hinc fit: ut secundum huiusmodi regulam unquam pluribus duodecim annis significationum eventum postponi posse: cum signa non plura duodecim sint. Novissimi vero significationes incipere asserunt: veluti in eclipsibus. Nam quot horae equales erunt a coniunctionis ascendente ad coniunctionis locum; post tot annos eventus erunt. Haec sunt quae dicunt de significationum principio ratione ad signum habita: ex ea parte qua signum est unum e duodecim. Ratione autem ad signum habita: quo signum est triangularitatis caput: Albumasar inquit: cum ignea fuerit triangularitas: significationum initium est completis in eadem triangularitate coniunctionibus tribus: quartaque surgente. Quare nunquam eventus erunt: nisi post 60. annis quibus tres coniunctiones complentur. At si triangularitas terrea: aut aerea fuerit: quatuor in ea completis coniunctionibus eventus incipient: hoc est post 80. annos. Sin autem aquea fuerit triangularitas: sex coniunctionibus revolutis eventus erit: hoc est post annos. 120. Addit autem Albumasar per accidens non nunquam in ignea ipsa triangularitate significationes post septem coniunctiones apparere: hoc est post annos. 140. Ut in re- 140
bus quae tardo cursu surgunt. Veluti est prophetae eventus: aut alterius cuius viri magnae mutationis apparatio. Mora vero significationum

[illegible] significationum ex predominantium stellarum pollentia nati sunt. Nam cum dominantes ipse stelle pollentiores fuerint, mora significationum maior erit; et quo potentiores: atque pollentiores: eo significationes diuturniores sunt. Sed dissona videtur hec opinio: et coniectura: potest enim coniunctionarium ipsum signum trifa:riam considerari, aut quo signum est simpliciter videlicet unum ex duodecim: et quo primum sue triangularitatis est. Atque et quo omnium triangularitatum primum est. Signum trifariam potest considerari

primum

Nam quo verbi causa Aries signum est coniunctio minor dicitur, atque singulis 20 annis evenit. Quo vero sue triangularitatis primum est. coniunctio media

200 appellatur atque singulis 200 annis redit. At quo est primum omnium triangularitatum coniunctio ma:xima vocatur, ac singulis 800 annis revolvitur. Igitur cum in medijs, et minimis coniunctionibus regu:lam tradiderint cur non in maxima assignarunt. Ad hec est alia diminutio non. in ceteris coniun:ctionibus habemus quo nam pacto tempus sit ser:vandum. Rursum nos non semel legimus per tri:angulares coniunctiones significationes venisse per coniunctionem primam tempore cuiusque significa:tionis [illegible] coniunctionis. Preterea legimus coniuncti:onem Saturni et Iovis, que diluvium signifi:cavit, precessisse in Cancro ante diluvium annis

287 287: quod est post omnes eiusdem triplicita:tis coniunctiones. Est igitur huiusmodi regula omnino commentum. Propterea sunt, qui asserunt, coniunctio

nunq significationes fuit incipere: nam coniunctiones sunt. Nam cum ipse sint agentes: nos vero patientes. Praesentibus agentibus et subiectis materiis: mox est actio. Sed etiam si erant coniunctiones, erunt illa huiusmodi agere non videntur: nisi in tempore: et quidem ita agunt: ut non semper agant aut statim: aut paucis post mensibus annisque sed alias longiore, alias breviore tempore agunt: et ita non mox: nec semper. Quid igitur asserendum sit: non est facile: nec ab alijs declaratum. Dicamus tamen effectus: quos constellificationes agunt: non una ratione esse. Nam alij sunt: qui dispositione: ac preparatione indigent: ut Bella. Pestes. Prophetae. Depopulationes. Regnorum mutationes: caeteraque id genus: quae mutationibus indigent. Alij vero effectus sunt: qui alijs preparationes atque dispositiones sunt: veluti electiones pro plantandis: aut inserendis Arboribus: atque pro colendis agris: nec non pro edificandis Urbibus, Civitatibusque, etiam pro coronandis Regibus: ac caeteris id genus: Itemque et morbi dispositiones sunt: qui ad mortem disponunt. Mutationes Aeris: quae ad tempestates: ad annone ubertatem: ad Pestem: Et caetera id genus parant: atque disponunt: propterea patet: quae: effectus ipsos: qui dispositiones sunt: alios esse momentarios: ut electiones: quae pro

Effectus qui a stellarum constellificationibus proveniunt non sunt eiusdem rationis

quæ pro agendis rebus parantur. Alios hora-
rios: ut sunt morbi: alios diarios: ut Aeris mu-
tationes. Si itaque de iis euentibus loquamur: quæ
dispositionibus non paruis indigent: euentus hu-
iusmodi tunc incipient: cum leuis planeta pri-
mum angulum faciendo a planeta graui parti-
bus .xxii. minutis .xxx. distauerit: quoniam in
toto priore tempore præcedens materia ad-
modum disponebatur. At si in ceteris effectibus
loquimur: qui sunt ad alios maiores effectus pre-
parationes: atque dispositiones: putant eodem minu-
to incipere: quo coniunctio ipsa est: eodem die:
eodem mense: aut eodem anno pro natura ef-
fectus: quo ipse celerius aut serius incipere aptus
est. Nec ab ratione quidam dicunt eas actiones, ac
effectus: qui merito luminis ac motus a stellis
ipsis proficiscuntur: tunc incipere: cum constellatio-
nes sunt: sed qui in influentiæ: non illico: qui-
ppe cum huiusmodi effectus ea dispositione egeat,
que per motus et lumina paratur. Hactenus de
ortu: deque principio euentuum.

ENUNCIATUM XII

Cum pro significationum genere: locoque signum
considerandum sit. In quo coniunctio ipsa est: et
pro specie qualitateque euentuum, predominatoris qua-
litas, atque pro significationum initio: primus angulus,
ad quem cum leuis planeta peruenit partibus .22.
Minutis .30. a graui distat, pro duratione mo-
raque effectuum: qui promittuntur, tempus obserua-

De vi influentiæ est dispositio producta in materia in qualitatibus virtute motus ac luminis causarum cælestium. Varii ex luminis motus ac modo varia actionum contingunt in rebus sublunaribus qui varii modi possunt appellari influentia verum ut in rebus est, disponens opus influentiæ

obseruandum est quod a conditione ipsa destru-
it: usque quo rursum stelle coniungantur: pro ipsa-
rum autem significationum auctione. In inuentione uero,
Anguli omnes animaduertantur, quos leuis pla-
neta describit usque quo rursus redeat ad con-
ditionem cum graui

Quonam igitur modo significationum locus colli-
gendus sit in sexdecangulis stellarum: et subie-
ctum ipsum genus. Paulo ante diximus: quum e condi-
tionario signo (ut alij tradunt) et omnis locus.
Preterea et species significationum atque qualitas:
etiam explicatum est: quoniam a dominantium stella-
rum qualitatibus. Ad hec autem quonam modo signi-
ficationum initium: quoniam ab ipso primo angulo:
ad quem leuis planeta cum proficiscitur: ab ipso
planeta graui ponderosoque partibus. xxij. Mi-
nutis. xxx. distat. Restat modo de mora ma-
lorum: effectuumque perduratione: deque eorum affecto: accremento
detrementoque: que res non facilis est: nec ab
alijs tentata. Initio nobis sumpto a malorum mora:
effectuumque duratione Ptolomeus itaque quemque de ste-
llis quoque tradit: a luminum qualitatibus accepit:
aut per quandam proportionem ad ea. Modo probat
Ptolomeum a luminum synodis: plenilunijsque, signi-
ficationem omnem sumpsisse. Moram autem: ac per-
durationem ab vniuerso lune decursu per
omnes figure angulos: non enim (ut Ptolomeus

Ut Ptolomeus inquit (libro ij. Apotelesmatu) luminationis necessitate unus: quousque altera recedeat lunatio. Quare in coniunctionibus ceterarum stellarum significationes colligendae sunt a coniunctionibus ipsis. Mora vero ac perduratio usque ad sexdecanguli finem extendetur. Quae ratio docet eius sexdecanguli significationes: qui saturni ac iovis est .xx. annis perdurare. Quippe cum tot annis sexdecangulus producatur. Saturni vero et martis: ac iovis et martis: annis ferre tribus eadem ratione Nec ab ratione hoc videtur. nam effectus tam diu durant quam diu patiens: et agens fuerit invicem proportionata. Et coniunctio quae est agens: et res huius mundi: quae sunt patiens: toto eo tempore sunt convenienter aspirata: atque proportionata: licet non aequaliter: fit: ut per omne id tempus: quo redeat rursum coniunctio: effectus producatur: tempus igitur perdurationis: ac effectuum mora tanta est. De accrementos autem significationum ac decremento transigamus per simile, in sinodis luminum: ut Ptolomeus scribit. nam ut in luminatione ipsa accrescunt: decrescuntque vires pro angulationum: quas luna in mense describit: accremento: atque decremento sic etiam in sexdecangulis quinque stellarum. Crescunt enim significationes. si angulationes: quas leuis planeta describit: angulo principij. In quo coniunctio erat: concordaverint (verbi causa) sit significationes benefice: quas coniunctio ipsa pre:

accrementa et decrementa significationum unde

luminatione

atque

presagit et ex eo uidelicet: quia benefica stella in coniunctione preerat. si leuis distando a graui angulauerit: sic itaque beneficis premissa: significationes priores e coniunctione Indicatas augebit. Sin autem maleficis: priores ipsas significationes aliqua ex parte demet: non autem omni ex parte tollet. Augebuntur itaque significationes si distarae stelle leuis quas per angulationes sibi comparat: predominatori uniuerse significationis conuenerint. Imminuentur autem si aduersabuntur: et de augmentis decrementisque significationum harumque [illegible] que alij sentiunt: non est malum discere. Quidam

Albumasaris sectatores. De mora euentuum

igitur Albumasaris sectatores in maximis coniunctionibus euentuum moram pro numero annorum maximorum esse assignant: eius planete: qui coniunctioni preest. In medijs uero numero annorum Maiorum: In minimis autem pro numero annorum Mediorum at in coniunctionibus Martis et saturni: aut Martis et Iouis mora est pro numero minorum: eius planete qui coniunctioni preest. Sunt autem

Maximi solis anni

ut dicunt maximi solis anni. 1461 Maiores

120. Medij xxxix. Minores denique. xix. At

Maximi anni lune

luna anni Maximi sunt. 520. Maiores. 108.

Saturni maximi anni

Medij. xxxix. Minores. xxv. Saturni maximi sunt 465. Maiores. lvij. Medij xliij Mi: lvii

Iouis maximi anni

nores. 30. Iouis Maximi 427. Maiores. 79.

Martis maximi anni

Medij. xlv. Minores. xij. Martis maximi sunt 284. Maiores. lxvi. Medij. xl. Minores. xv. xv

Veneris maximi anni

Veneris Maximi 1151. Maiores. lxxxij Me:

Mercurii maximi anni

dij. xlij. Minores. viij. Mercurij maximi: sunt

Maximi aut. 480. Maiores. 76. Medij. xlviij. xlviij
Minores. 20. dixit itaq in maximis saturni ac
Jovis coniunctionibus planetam: qui coniunctionario
loco preest effectibus tempus prebere annorum
Maximorum. In coniunctionibus Medijs: dare annos
Maiores: In minimis: annos Medios. At in Ma:
rtis saturniq aut in Jovis Martisq coniunctionibus:
predominatorem prebere effectibus annos minos minimos
et hoc pacto portentorum moram perlibrat. sed hec
positio commentitia est: et nullis observationibus
probata. nam exploratum est: nullum effectum a qua
nis coniunctione judicatum: tanto tempore .s. maxi:
morum annorum perdurasse: ut nec bellum: nec pacem:
nec diluvium nec aliquid id generis: Imo Albuma: Seniur
sar: q fuit auctor huius commenti de fine reli:
gionis christianae: atq secte Mahometane ma:
nifeste erravit. Qua ratione eveniet ut effectus nulli:
us coniunctionis perdurare posint: ultra circuitum sue
cause: et cum nulla sit coniunctio: quin ultra xx an:
nos circuat: fit: ut nullius coniunctionis effectus po:
sint ultra xx. annos produci: nisi propter alias
causas: ut dicemus. Preterea Ptolomeus de lune
Sexdecangulo cum sole in certe stellis tempora ac
significationes accomodavit: constat aut in lu:
naribus non ultra mensem significationes produci:
igitur in ceteris coniunctionibus nec ultra tempus cir:
cuitus effectus extendentur: et de accremento: atq
diminutione agendum: sunt itaq: ut diximus: potentes

Albumasar utique erravit circa religionis Christianae desinentiam et sectae impiae Mahometanae

libro ultio de nrãtd talaita: tdcausis ultio ?undtiato

coniunctionis effectus pollentes ac pleni si planetæ in coniunctione ipsa partiliter longitudine: ac latitudine coeant. si coniunctio fuerit super terram presertim in aliquo coeli cardinum: aut in aliquo succedentium. si cum planetis partiliter coniunctis, aliæ stellæ fuerit sive fixe: sive erantes: quæ in maleficentia: aut beneficentia: cum predominatrice stella conuenerint: fuerint coro, aut corporæ coorientes: aut configuratæ radijs: nãq his rationibus coniunctionum effectus erunt pleni. pollentesq: nã et coniunctiones: quæ illos portendũt plenæ ac pollentes sũt: et qm fieri pot, ut coniunctiones sint pollentes: quarũ postea vires planeta leuis: qui per angulos figuræ. XVI. latitudo decurrit: augeat: uel minuat, utraq effectus portentos in processu augeri aut minui pro ratione planetæ leuis qui per angulos coniunctionis figuræ decurrit: si .n. anguli (quos planeta leuis sua peragratione in figura describit) loco coniunctionario conuenerint. significationes prius portentæ augebuntur. sin aut eidẽ loco aduersentur: significationes prius portentæ nõ omnino delebuntur: sed magna ex parte imminuentur: aut reprimentur. Conueniũt aut anguli (quos leuis planeta describit) loco coniunctionario. per qualitate planetæ leuis: qui eos describit

bit: quã qualitatem ex mistura cũ cæteris stel-
sibi comparat: cũ ãgulos possidet: vbi enĩ mistura:
